



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Mecenatem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70184](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70184)

Epistolarum.

tes imitari nō valent, vt q̄dem cū audiant Romeꝝ vinosum fuisse eius q̄dem ebriositate imitantur ipsius aut doctrinam atq; studium imitantur minime.

Ad Mecenatem

Prisco si credis mecnas docte cratino
Nulla placere diu: nec viuere carmina possunt
Quę scribuntur aque potoribus: vt male sanos
Adscripsit liber satyris faunifq; poetas
Vina fere dulces oluerunt mane camenę
Laudibus arguitur vini vinosus homerus:
Enius ipse pater nunq; nisi potus ad arma
Profiluit dicenda: forum putealq; libonis
Mandabo siccis: adinam cantare seueris
Hoc simul edixit: nec cessauere poetę
Nocturno certare mero putere diurno
Quid: si quis vult toruo ferus ⁊ pede nudo
Exigueq; togę simul ⁊ textore catonem
Virtutem ne representet moresq; catonis
Rupit byarbitam Timagenis emula lingua
Dum studet vrbano tenditq; disertus haberi
Decipit exemplar vicijis imitabile: quod si
Pallerem casu: biberent exangue cuminum
Omitatores seruum pecus. vt mihi sepe
Bilem sepe iocum vestri mouere tumultus
Libera per vacuum posui vestigia princeps
Non aliena malo meo pressi pede: qui sibi fidet
Dux regit examen parios ego primus iambo
Ostendi latio numeros animosq; secutus
Archilochi non res ⁊ agentia verba lycambem

Epistolarum

Ne me folijs ideo breuioribus ornes
Quod timui mutare modos et carminis artem
Temperat archilochi musam pede mascula Sapho
Temperat Alceus sed rebus in ordine dispar
Nec socerum querit: quem versibus oblinat atris
Nec sponse laqueum famoso crimine neccit
Hunc ego non alio dictum prius ore latinis
Vulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem
Ingenijs oculisq; legi manibusq; teneri
Scire velis mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametq; domi premat extra limem iniquus
Non ego ventose plebis suffragia venoz
Impensis coenatum et rite munere vestis
Non ego nobilium scriptorum auditor: et vltor
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignoz
Hinc ille lachryme spissis indigna theatris
Scripta pudet recitare: et nugis addere pondus
Si dixi rides ait: et iouis auribus ista
Seruas fides enim manare poetica mella
Te solum tibi pulcher ad hec ego naribus vti
Formido: et luctantis acuto ne fecer vngue
Displicet iste locus clamo: et diludia posco
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram
Ira truces inimicicias et funebre bellum

Argumentum epistole. xxi.

Nerepat libz suū in publicū prodire cupientē Scribit at
hanc eplam metaphoricos quasi ad rem aiataam cū liber sit
res in aiata. significans librum suum in publicum velle prodire.
se vero prohibere

Ad Librum

Ercunnum ianumq; liber spectare videris

D j